Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



peccatores. & purificate corda duplices a
nimo. .iii. Miseri estote. & lugete et
plorate. Risus uester in luctum conuertatur.
& gaudium uestrum in merorem. Humiliamini
in conspectu domini. & exaltabit uos in tempore
tribulationis. Do. .iiii. ad uesp. a.
Ne ubi. a. Ille me clarificabit.

Incipit epistola sancti
Petri apostoli prima. Li.

PETRVS
apostolus. Ihesu
xpi electis aduenis
dispersionis. Ponti. galatie. capa
dotie. asie. & bythinie. secundum
prescientiam dei patris in sanctifi
catione spiritus in obedientiam
& aspersionem sanguinis ihesu xpi. Gratia uobis
& pax multiplicetur. R. Si oblitus cum reliquis.
.ii. Benedictus deus & pater domini nostri ihesu xpi. qui
secundum magnam misericordiam suam regenerauit
nos in spem uiuam. per resurrectionem
ihesu xpi ex mortuis. in hereditatem in
corruptibilem & incontaminatam. & inmarces
cibilem. conseruatam in celis uobis qui in uir
tute dei custodimini per fidem in salutem.
paratam reuelari in tempore nouissimo in
quo exultabitis. modicum nunc si oportet
contristari in uariis temptationibus. ut proba
tio uestre fidei multo preciosior sit auro
quod per ignem probatur. inueniatur in laudem
& gloriam. & honorem. & reuelationem
ihesu xpi. quem cum uideritis diligetis. in
quem nunc quoque non uidentes creditis.
credentes autem exultabitis leticia
inenarrabili & glorificata. reportan
tes finem fidei uestre salutem animarum
uestrarum. .iii. De qua salute exqui
sierunt atque scrutati sunt prophete qui de
futura in uobis gratia prophetauerunt. scrutan
tes in quod uel tempus quale significa
ret in eis spiritus. pronuncians eas que in xpo
sunt passiones & posteriores glorias.
quibus reuelatum est. quia non sibi ipsis. uobis
autem ministrabant ea. que nunc nun
ciata sunt uobis. per eos qui euangelizauerunt
uobis spiritu sancto misso de celo. in quem desi
derant angeli prospicere. .iiii. Prop
ter quod succincti lumbos mentis uestre. sobrii
perfecti. sperate in eam que offertur uobis
gratiam in reuelatione ihesu xpi quasi fi
lii obedientie. non configurati prioribus ig
norantie uestre desideriis. sed secundum eum
qui uos uocauit sanctum. ut et ipsi sancti in omni
conuersatione sitis. quoniam scriptum est.
Sancti eritis. quoniam et ego sanctus sum. R. Quem queris.
.v. Et si patrem inuocatis eum qui sine ac
ceptione personarum iudicat. secundum unius
cuiusque opus in timore incolatus uestri tem
pore conuersamini. scientes quod non cor
ruptibilibus. argento uel auro redemp
ti estis de uana uestra conuersatione
paterne traditionis. sed precioso sanguine
quasi agni incontaminati & immacu
lati ihesu xpi. precogniti quidem ante
constitutionem mundi. manifestati
autem nouissimis temporibus propter